

# The Electronic *Manipulus florum*

[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

## Gloria eterna r cum uariis

Si consideremus, que et quanta sunt que sanctis dabuntur in die iudicii, que et quanta sunt que nobis promittuntur in celis, uilescent omnia que habentur in terris. Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est, non subsidium. Temporalis uita eterne uite comparata mors est dicenda potius quam uita. Que lingua uel quis intellectus capere sufficit illa superne ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere, presentem Dei uultum cernere, incircumscriptum uidere, nullo mortis metu affici, incorruptionis munere letari?

Augustinus in encheridion.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

que] est *add. (del. infra) M*; sunt *om. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; subsidium] Gregorius in homelia.  
Gloria eterna s *add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; comparata *om. (cor. in marg. ab alio manu) C*; uita]  
ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud quam quedam prolixitas  
mortis? *add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; que] autem *add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; lingua] dicere *add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>*  
*L<sup>2</sup>*; capere] super *add. (del. infra) B*; sint] sunt (*cor. sub lin.*) B; incircumscriptum] lumen  
*add. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; metu *om. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>*, metu] dolere *L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; incorruptionis] perpetue *add. P V<sup>1</sup>*  
*V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; Augustinus in encheridion] Gregorius in homelia *V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>*; encheridion] uel  
Gregorius in homelia *add. P V<sup>1</sup>*